

## SEVERIANUS

## GABALITANUS EPISCOPUS

## NOTITIA

(FABRIC. *Bibliotheca Græca* ed. Harles, tom. X, p. 507.)

Severianus Gabalorum in Syria episcopus, Joannis Chrysostomi amicus prius, mox æmulus et inimicus (a), quo ipso non levem maculam aspersit nomini suo, laudisque haud parum amisit, licet ob eloquentiam et ipse a quibusdam Chrysostomus (b) appelletur. Obiit Theodosii Junioris, quem sacro baptismo tinxerat, temporibus (c), adeoque post A. C. 408. FABR. Conf. G. Cave *Hist. litt. SS. eccles.* tom. I, pag. 575. — L. Ell. du Pin *Nouv. Bibl.* tom. III, pag. 75; Ceillier *Hist. gén. des aut. eccl.* tom. IX, pag. 7, 217, 580 seq; Hamberger. *Zuvert. Nachricht.* tom. III, p. 29 seq. — Saxii *Onom. lit.* part. I, ad A. 402. HARL.

Hujus Severiani homilias 14 in *Genesis* mstas se habere testatus est Alexander Brassicanus Præf. in *Salvianum*. Ex illis sermones 6 *ΕΙΣ ΚΟΣΜΟΠΟΙΙΑΣ*, de mundi creatione, Græce edidit Henricus Savilius inter sancti Chrysostomi scripta tom. VII, pag. 587 sqq.; Græce et Latine Franciscus Combefis in *Auctario novissimo Bibl. Patrum*, tom. I, pag. 211, Paris. 1672. [Iidem sermones et homilia *De serpente*, Gr. cum vers. Lat. Bern. de Montfauc. in hujusce edit. Opp. Chrysostomi, tom. VI, p. 459 seqq. HARL.] Ex his desumpta fragmenta observat Caveus, quæ in *Catena Patrum in Pentateuchum*, a Francisco Zephyro vulgata Latine, ad historiam creationis adducuntur. Nam cætera pleraque ad reliquos Moysis libros Severi potius sunt, quam Severiani. FABR. Cfr. Lambec. IV, pag. 62 sqq. de cod. CVII, nr. 4, qui adnotat, primam orat. in ms. cod. CX (apud Lambec. IV, pag. 127), et in ed. Saviliana in principio esse aliquanto auctiorem: add. Kollarii notam, quam conferes, contra Caveum de cod. Brassicano. — Ibid. pag. 262, in cod. CXLVI, nr. 21, sunt excerpta miscellanea ex Eusebii Pamphili, S. Cyrilli Alex. et Severiani nostri expositionibus in *Vetus Testamentum*. — Ibid. pag. 564, in cod. CLXIV, nr. 6, est interpretatio variarum Veteris et Novi Testamenti questionum ex Theodoro Cyreusi, Severiano nostro et aliis diversis Patribus. — Ibid. in vol. VI, part. II, pag. 269, in cod. XXV, nr. 7, est inter collectanea medica Græco-barbara fragmentum Severiani nostri de nomine primi hominis, Adami. — Et de hominis appellatione, in cod. Escorial. teste Pluero in *Itin. per Hisp.* pag. 189. — Paris. in *Bibl. publ. cod. DCCLVI*, nr. 2, Severiani homilia *In mundi creationem*. — Ibid. in cod. DCCLVIII, ac DCCLXXVII. 1 (in appendice ad catal. II, p. 615), homiliæ sex (sed in priore mancæ) in eadem. — In cod. CCCXLIII, nr. 4, fragmentum, quo explicatur illud Genes.: *Fecitque Deus duo luminaria magna*. — Florentiæ in cod. Laurent. XXVII, nr. 3, plut. 4, sunt Basili in *Hexaemeron* homiliæ 9, in quod opus nonnulla aspersa sunt scholia marginalia, in his Severiani nostri. Vid. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* I, p. 550 seqq., qui non solum scholion quoddam ad principium homiliæ 1 de Moyse affert; sed in nota quoque 2 suspicatur, illa scholia excerpta esse ex ejus homiliis in

(a) Socrates vi, 11 et 24; Sozom. viii, 10; Niceph. xiii, 9; Palladius in *Vita Chrysost.* E recentioribus Tillemont. tom. XI *Memor.* pag. 171 seqq.; Gotfridus Hermantius in *Joan. Chrysostomi Vita*, etc.

(b) Rich. Montacutius tom. I *Orig. ecclesiast.*, pag. 112.

(c) Gennadius c. 21 *De script. eccles.* In codice vetustissimo Corbeiensis: *Severianus Gabanæ Ecclesiæ episcopus — moritur Minore Theodosio, filio*

*suo in baptismo, imperante.* FABR. Severianus a Gennadio l. c. vocatur *vir in divinis Scripturis eruditus, et in homiliis declamator admirabilis*, ei additur, eundem ab Arcadio et sancto Joan. Chrysostomo ad faciendum sermonem frequenter vocatum esse Constantinopolin. At stylum ei parum felicem, jejunum et flaccidum esse, nec Græci sermonis elegantiam attingisse, notat Cave I, p. 575. HARL.

*Genesis*, quas mstas se habere testatus est Alex. Brassicanus præf. in *Salvianum*. — Ibid. in cod. I, nr. 14, plut. 57, excerptum ex Severiano circa mundi creationem et alia theologica: præterea de xii litteris Hebræorum Moysi traditis a Deo in monte Sina; de xii magnis montibus; de mensibus apud Judæos, Macedones et Ægyptios; de asse, scilicet de nummis ac de triginta denariis, quibus venditus est Jesus Christus. Vid. Bandin. l. c. tom. II, pag. 433. — Sec. Montfaucon *Bibl. biblioth. mss.* in bibl. Vaticana (pag. 153 et p. 159), in septem codd. — In bibl. Casinensi (pag. 222, ac pag. 225, nr. 305), homiliæ. — Mediolani in bibl. Ambrosiana (pag. 525), sermones. HARL.

Homilias 88 Severiani in homiliario quodam ms. bibl. Ambrosianæ exstare testatur Mabillonius tom. I *Musei Italici*, pag. 13, alias etiam in codice bibl. Casinensis, de quo idem pag. 124. Apud Œcumenium in I ad Corinth. vi, pag. 416 edit. Veronens. citatur ὁ ἐν ἀγίοις Σευηριανὸς τεύχει νζ', λόγῳ γ', κεφαλαίῳ εθ'. Idem in cap. vii, p. 425, ὁ Σευηριανὸς ἔστιξεν οὕτως.

*Eiς τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν*, In serpentem æneum, homilia incipit: Ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀδελφοί, et Græce edita inter tributas Chrysostomo tom. VII Savil. pag. 448. Oratio secunda e decem, quas Chrysostomi nomine in lucem dederat card. Sirletus. Sed Severiano asserunt Joan. Damascenus, Adrianus papa cum synodo Parisiensi, ut notatum Sirmondo ad *Ennodium Ticinensem* pag. 88. [Vid. supra, vol. VIII, pag. 506.]

*Eiς τὰς σφραγίδας τῶν βιβλίων*, De sigillis librorum, homilia quæ incipit: Μέγα τῆς ψυχῆς ἐφόδιον, et legitur tom. VI Ducæi pag. 158, cum versione Joan. Jac. Beureri, et Græce tom. V Savil. pag. 689. Severiano vindicatur Theodoretī et Adriani papæ auctoritate. FABR. Gr. cum Lat. versione Bern. de Montfaucon, in hujus edit. Opp. Chrysost. tom. XII, p. 402.

Sermo *De pace*, in ecclesia Constantinopolitana habitus A. 401, cum a Joan. Chrysostomo susceptus est, tantum Latine exstat tom. VII Savil. pag. 948. Incipit: *In adventu Domini et Salvatoris nostri*.

*Eiς τὴν ἐνανθρώπησιν*, In incarnationem Christi, homilia, quæ incipit: Ἐμνήσθη τοῦ Θεοῦ, edita Græce tom. VII, pag. 507, videtur Severianum auctorem habere et sub ejus nomine Latine exhibetur a Combefisio in *Bibl. concionatoria*. Severiano etiam tribuunt viri docti homiliam *De nativitate Christi*, quæ occurrit Græce tom. V edit. Savil., pag. 816, et incipit: Μυστήριον ξένον καὶ παράδοξον. In neutra harum leguntur, quæ ex Severiani homilia in *Nativitatem* affert Theodoritus dialogo secundo.

*De cruce* homiliam et in illud: *Tu es, qui venturus es*, vulgavit Græce Savilius inter dubia Chrysostomi tom. V, pag. 898. Incipit: Καλῶς ἤρην καὶ σοφῶς. Eam ms. Mazariniano usus idem Combefisius ex Damasceni auctoritate Severiano vindicavit et Latine a se versam edidit tom. I *Bibl. concionatoria*, pag. 36, qui utraque etiam lingua vulgavit, Paris. 1656, 4, cum aliis quibusdam Chrysostomi (a). Idem testatus est, homiliam in *dedicationem crucis*, ex qua fragmentum produxit Gretserus, integram existisse in bibl. Scorialensi. Quartum Severiani λόγον εις τὸν σταυρὸν citat Damascenus 3 *De imagg.* tom. I, pag. 585, et εις τὰ ἐγκλίτια τοῦ σταυροῦ pag. 527, 545, 565. FABR. In *encœnia crucis*. Fragmentum in cod. Vindobon. CCXLVIII, nr. 40: Lambec. IV, pag. 291. — Paris. in cod. DCCLI, 9, bibl. publ. Ibid. in cod. CMLXXIX, nr. 15, Severiani homilia in *cæcum a nativitate*. — Ibid. in cod. MCVII, 4, et in cod. August. Vindel. (teste Reiser. in *Ind. mss. August.* pag. 12, nr. 52) it. in cod. Mosquensi X, in 4 (Vid. Matthæi *Notit. mss. Mosquens.* p. 507, nr. 45, ed. in 8); homilia in illud Apostoli: *In eo habitat omnis plenitudo divinitatis*. — Collectanea ex eo aliisque, in cod. August. Vind. pag. 59. Vid. Reiser. l. c., pag. 59. HARL.

[*Eiς τὰ θεοφάρια*, in cod. Mosquensi synod. CCLXXI, et edita est hæc homilia a cl. Matthæi in *Lectionibus Mosquensib.* vol. II, Lips. 1779, 8, p. 1 sqq.] — [Incipit: Ἀνοιγέσθω σήμερον πᾶν στόμα πρὸς θεολογίαν. Repetita est in Append. ad Gallandii *Bibl. PP.* tom. XIV, p. 145 seqq., ibi primùm addita Lat. versione. Cf. Prolegg. ad App., p. 8, Beck. In cod. Mosquens. CCXLVII, φύσις καὶ οὐσία κατ' οὐδὲν διαφέρει. Vid. Matthæi not. cit. p. 195. HARL.]

Ex styli similitudine homilias longe plures Severiano, sed non satis tuta conjectura tribuunt viri docti, ut videre licet apud Eliam du Pin tom. III *Bibl. eccles.*, et Tillemontium tom. XI *Memor.* pag. 587 seqq. Illam vero *De morte innocentium* homiliam, quæ incipit: *Zelus quo tendat, quo prosiliat livor*, et inter sermones Petri Chrysologi legitur CLII, atque inter Patrum homilias ab Alcuino collectas, neutiquam Severiani esse, sed Latini scriptoris (b), ex ipso filo orationis arguit Combefisius, qui tamen

(a) Inscriptio libri est: *Chrysostomi liber aureus de educandis liberis*. Ejusdem tractatus alii quinque. Severiani, Gabal. episc. liber in *S. crucem*, Basilii, etc. Græce ex vetustis codd. card. Mazarini, cum interpretatione Lat. Franc. Combefis. Paris. Ant. Bertier. 1656, 8. Homilia eadem Lat. in *Bibl. PP. max.* tom. V, p. 1229. HARL.

(b) Atque in *Cat. mss. Angliæ*, etc., tom. I, part. II, p. 68, nr. 2044 de cod. Oxon. Collegii Jesu ci-

tatur Severiani episcopi Caralitani *De innocentia*: sed tom. I, part. I, p. 116, nr. 2245, de cod. Bodlei. V, Severiani *De innocentibus*, et tom. II, part. I, pag. 11, nr. 550, de cod. eccles. Dunelmensis, Severiani sermo in festo Nativitatis *De innocentibus*. Teste Montfaucon in *Bibl. biblioth. mss.* II, p. 1255, in cod. monast. B. M. de Becco, Severiani et aliorum in festo SS. Innocentiarum. HARL.

homiliam *De SS. Trinitate*, quæ incipit: Οὐ κατὰ τῆς ἀγίας et inter suppositas Chrysostomo exstat tom. I edit. novæ, p. 852 (Savil. tom. VI, p. 955, et Ducæi VI, pag. 460); necnon alias plures tom. sexto Ducæi obvias, Severiano potius, quam Joanni Hierosolymitano tribuendas contendit.

[*Definitiones* Severiani, Florent. in cod. Laurent. XI, 6, plut. 74. Sed cuinam Severiano sint ascribendæ, Bandin. in *Cat. codd. Gr. Laur.* III, pag. 99, sibi compertum non esse, fatetur. HARL.]

Severiani (a) κατὰ τῶν αἰρετικῶν citat Damascenus in *Parallelis sacris* tom. II, p. 585 seqq. 789. Contra Novatum Gelasius lib. *De duabus Christi naturis*. At Gennadius c. 21 *De script. eccles.*, Legi, inquit, ejus expositionem *In epistolam ad Galatas*, et *De baptismo et Epiphaniæ solemnitate libellum gratissimum*. Citatur etiam Severianus apud Œcumenium in cap. I *Epist. ad Galatas*. Et in Anastasii Sinaitæ *Hodego* cap. 16, pag. 502, affertur locus Severiani in Coloss. II, 2 (b). Alia ex Catenis in Veteris Testamenti libros fragmenta illius Græce et Latine dedit Combetisius *Auctar. noviss.* pag. 291-297; poteratque longe plura afferre nisi jure metuisset pleraque quæ in Catenis sub Σεβηρ. Ἀντιοχ. nomine exstant, ut in illa ad Jobum, Severi potius esse quam Severiani.

#### Severiani alii.

Severianus in Africa episcopus et confessor sub Genserico. Vide Prosperi *Chronicon* p. 746. Aelio II et Sigisvulto coss. (A. C. 457.) — Alius Severianus in Africa episcopus, qui interfuit concilio Sardiniensi A. 547. — Necnon Ceramussensis itidem Africanus, qui interfuit collationi Carthag. an. 441. FABR. Martyrium Severiani, conscriptum a Symeone Metaphraste, in cod. XVI Vindob. nr. 12. Vid. Lambec. VIII, pag. 506, seqq. et *Acta sanctor.* ad d. 9 Sept. tom. III, p. 555 et 560. — Et de cod. Vindob. XIX, nr. 6, Vid. Lamb. ibid. pag. 567, ibique not. Kollar. — In bibl. Bodlei. nr. 285, s. cod. CVI, 40, Cromwell. — Florent. in cod. Laurent. XX, 8, plut. 41, d. 9 Sept. diversum ab edito in *Act. SS.* ad dictum diem. Vid. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* I, pag. 514. — In cod. Mazariniano. — Vita Mediolani in cod. Ambrosiano; — in cod. Sfortiano, de quibus vid. Montfaucon. *Bibl. biblioth. manuscriptorum*, pag. 504, 702 et 1315. HARL.]

Severianus, Africae proconsul, cujus virtutes impense laudat Apuleius in *Floridis*.

Severianus, Aphrodisiadis in Caria episcopus, qui interfuit concilio Constantinopolitano an. 553.

Severianus, Arethusius in Syria episcopus, qui subscripsit epistolæ missæ ad concilium Constantinopolitanum sub Mena an. 556.

Severianus Damascius, eruditione et critica laude insignis, cujus e Damascio meminit Suidas in Νόμος, et Σεβηρ:ανός. Photius cod. CCXLII; Zeno, imperator, summas ipsi pollicens dignitates, si ethnicorum superstitione relicta, Christianus fieri vellet: quod ille renuit.

[Severianus, episc. Caralitanus, cui in cod. Oxon. (ut paulo ante adnotavimus) sermo *De innocentibus* attribuitur. HARL.]

Severianus Gabalensis in Gallia episcopus, quem aiunt fuisse ante medium sæculi III, et celebrari in quibusdam Martyrologiis 25 Januar. Ei sunt qui tribuant sermonem *De paralytico*, qui est inter Petri Chrysologi sermones quinquagesimus. Incipit: *Christum in humanis artibus*. Alius Severianus in Gallia episcopus subscripsit concilio Regiensi, an. 459.

[Jacobus Severianus de disciplinis variis, Romæ in cod. monasterii Cryptæ-Ferratæ, teste Montfaucon, in *Bibl. bibliothec. manuscriptorum* I, pag. 209. HARL.]

Julius Severianus, rhetor, de quo dixi in *Bibl. Latina med. et inf. æt.* FABR. In ed. Mansi tom. IV, p. 205. Add. Julii Severiani *Syntomata rhetorices*, per Lucam Fruterium, Antwerp. 1589, 8, in *cat. biblioth. Leidensis*, pag. 270. — Julii Sever. *De 7 disciplinis* liber ms. in 4 *Perizon. Leidens.* Vid. *cat. bibl. cit.* p. 494, nr. 41, et Oxon. in cod. C. collegii Corporis Christi, sive nr. 1567, *cat. mss. Angliæ, etc.* I, 2, pag. 51. HARL.]

(a) Severiani, a Severo monacho nominati, in hæreticis sæc. VI numerantur. Secundum Montfaucon. *Bibl. biblioth. mssar.* pag. 645. In bibl. Bodlei. excerpta ex Philoponi libro *De dogmate Severianorum*, et ibid. pag. 647, Leontii monachi opuscula varia contra *Acephalos, Severianos, etc.*, ac pag. 777. In cod. card. Radulphi Anastasii Sinaitæ *Syntagma inscriptionum ἑδρηγός*, et contra Severianos aliosque hæreticos. — Vindobon. in cod. LXXVII, Abucaræ confutatio hæresis Acephalorum, Severianorum, id est Jacobitarum. Vid. Kollar. ad Lambec. VII, p. 292. — De secta Jacobitar. Vid. Asseman. *B. O.* tom. I, p. 424; II, p. 67, et tom. III, pag. 595 seqq., 555, 579, 585 seqq. etc., ac tom. IV multis locis. Item Schroeckh *christl. Kirchengesch.* tom. XVIII, p. 651 seq. — De Severianis add. Asseman. *Bibl. Orient.* tom. III, pag. 579, 584, 457,

545. Confutantur a Nathanaele et Gabriele Tauratha, ibid. p. 224, 457. HARL.

(b) Add. paulo ante de illa aliisque ineditis homiliis adnotata. In Theodoriti dialogis fragm. Severiani. Vid. supra, vol. VIII, p. 291. — Fragmenta in permultis restant catenis Patrum aliisque collectionibus: sic in cod. CXII Cromwelli, s. nr. 291, *cat. mss. Angliæ, etc.* in codd. August. Vindel. Vid. Reiseri *Indic. mss.* p. 9 et 59. In codd. Coislin. Vid. Montfaucon. *Bibl. Coisl.* pag. 41, 42, 67, 76, 82, 85, 84, 265, 264, et sapius. — Venet. in cod. Marcian. Vid. *Catal. codd. Gr. Marc.* pag. 17, bis et 22, et cel. Morelli in *Bibl. msta. Gr. et Lat.* I, p. 50 et 52. — Florent. in codd. Laurent. Vid. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* I, p. 402, 234, 565, 545, nr. 4. — In cod. Mazarin. Vid. Montf., — *Bibl. biblioth. mss.* — pag. 1309. HARL.

Severianus, Pelagianus episcopus, cujus filius Agricola in Angliam hæresin illam intulit, ut narrat Prosper ad an. 429, Florentio et Dionysio eoss.

Omitto Severianum (Servianum aliis), quem paulo antequam moreretur, Adrianus occidi jussit nonagenarium, teste Dione; necnon Severianum, Gallum, temporibus Marci Antonini casum omnibus cum copiis ab Othryade, Persarum duce, de quo Lucianus in *Alexandro Pseudomante*, tom. I, p. 764 seqq.

## SEVERIANI GABALITANI

### IN MUNDI CREATIONEM ORATIONES SEX

*Vide inter Opera S. Joannis Chrysostomi nostræ editionis, volumine VI, col. 429.*

*Exstat Opp. Chrysostomi, tom. III, col. 425.*

#### EJUSDEM SERMO DE PACE.

#### EJUSDEM ORATIO DE SERPENTE ÆNEO.

*Vide ibid., col. 499.*

#### MONITUM IN HOMILIAM SEQUENTEM.

*(GALLAND. vel. Patr. Bibl. XIV, Append., p. 145.)*

Quam hic repræsentamus homiliam, in Epiphania Domini habita est, sive Constantinopoli, sive apud Gabalos, sive etiam alibi. Ostendit Christum omnibus omnia factum, omnes Ecclesie gradus suo munere et œconomia condecorasse. Eleganter ex vaticinio Ezechielis Baptistam magnum ostendit ascetam et vatem (a), aliaque multa oratio continet, quæ hominis ingenium et dexteritatem in interpretandis Scripturis commendant. Illud etiam apparet (b), Severiani temporibus in vigilia Epiphaniæ a vespera ad multam jam diem vigilatum fuisse, animi pietate corporis debilitatem vincente. Hanc quoque ex Mosquensibus codd. Græce edidit Matthæius.

(a) Num. 10, 11.

(b) Ex fine num. 11.

## ΣΕΒΕΡΙΑΝΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΑΒΑΛΩΝ

### ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΑ ΘΕΟΦΑΝΙΑ <sup>(1)</sup>.

## SEVERIANI GABALORUM EPISCOPI ORATIO IN DEI APPARITIONEM.

1. Aperiatur hodie omne os ad loquendum de Deo, et laudet omnis oratio eum qui de cælis affulsit Deus Verbum; omne os loquatur, omnis lingua pronuntiet, omnis anima choreas agat, psallat omnis terra. Hodie sermones lucis in die lucis filios lucis illustrant. Consonent cœlestibus terrena; hymnum dicant cum virtutibus supra orbem positis ea quæ in orbe visuntur. Apparente enim veritate, id est cœlesti rege, oportet universos conspirare in communem Domini universorum confessionem. Christi

Α'. Ἀνοιγέσθω σήμερον πᾶν στόμα πρὸς θεολογίαν, καὶ ἀνυμνεῖτω πᾶς λόγος τὸν ἐξ οὐρανῶν ἐπιλάμψαντα θεὸν Λόγον· πᾶν στόμα λαλεῖτω, πᾶσα γλῶσσα φθεγγέσθω, πᾶσα ψυχὴ χορευέτω, πᾶσα ἡ γῆ ψαλλέτω. Σήμερον λόγοι φωτὸς ἐν ἡμέρᾳ φωτὸς τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς καταλάμπουσιν. Συμφωνεῖτω τοῖς ἐπουρανίοις τὰ ἐπίγεια· ὑμνεῖτω μετὰ τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων τὰ ἐν τῷ κόσμῳ φαινόμενα. Ἀληθείας γὰρ ἐπιφανείσης καὶ βασιλείως ἐπουρανίου, πάντας δεῖ συνδραμεῖν εἰς κοινὴν τοῦ Δεσπότητος τῶν

(1) Ex cod. Mosq. 271, in 4<sup>o</sup> Biblieth. SS. synodi. ΜΑΤΤΗΑΙ.

ἀπάντων ὁμολογίαν. Χριστοῦ παρουσία, ἀληθινοῦ φωτός ἐπιδημία. Χριστοῦ παρουσία, τῆς οἰκουμένης πάσης εὐεργεσία. Χριστοῦ παρουσία, τοῦ παντός κόσμου ἐλευθερία. Χριστός ἀνυμνεῖται, καὶ κόσμος ἀγιάζεται. Χριστός κηρύττεται, καὶ ἡ οἰκουμένη φωτίζεται. Χριστός περιαγγέλλεται, καὶ πᾶσα ψυχὴ τὸν οὐράνιον πόθον ἐνδύεται. Ἐγγυᾶται μου τὸν λόγον ἡ πείρα τῶν πραγμάτων.

Β'. Ὅρα γάρ μοι τὴν θεοπρεπῆ ταύτην τῆς Ἐκκλησίας κατάστασιν, ὅρα τοῦ οὐρανοῦ πόθου τὴν ἄσβεστον λαμπάδα· ὅρα τοῦ σώματος τὴν φύσιν συνακμάζουσαν τῇ τῶν ἀγγέλων λειτουργίᾳ. Ἄνθρωποι ἀπὸ γῆς ὄντες, καὶ γῆν οἰκοῦντες, καὶ ἀποστρεφόμενοι, τοῖς οὐρανοῖς συναμιλλῶνται νόμοις. Ἠρνήσαντο τοῦ σώματος τὴν φύσιν, ἐδέξαντο τῶν ἀγγέλων τὴν λειτουργίαν· τοιαύτη γὰρ ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ. Πολιτεύεται μὲν ἐπὶ τῆς γῆς, τάξιν δὲ ἔχει οὐρανοῦ πραγμάτων (2). Τί ἔργον τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀγγέλων; τὸ τῷ Θεῷ λειτουργεῖν. Τί ἔργον τῶν ἐπὶ γῆς ὁσίων; τὸ τὸν Θεὸν ἀνυμνεῖν. Ὡν τοίνυν ὁμότιμος ἡ λειτουργία, ὁμότιμος καὶ ἡ ἀξία. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Δαβὶδ τὴν πνευματικὴν ἀνακρουόμενος λύραν, καὶ τὸν σωτήριον τῆς θεολογίας ἀνακηρύττων ὕμνον ἔλεγεν, ὡς ἀρτίως ὑπεψάλλομεν· Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐπίστρεψον ἡμᾶς, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα.

Γ'. Οὐδέπω ἀπήντησεν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, καὶ οἱ πρόδρομοι τῆς βασιλείας ἐκήρυττον λέγοντες· Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες. Εἶπε, ὦ Προφήτα, τηλαυγῶς, ὃ λέγεις· σαφήμισον, ὃ κηρύττεις. Ὅποιον ποιμένα λέγεις; πολλοὶ γὰρ ἐποίμεινον. Μωϋσῆς ποιμὴν ἦν, Ἀαρὼν ποιμὴν ἦν. Ἐποίμαντες γὰρ, φησί, τὸν λαόν σου ἐν χειρὶ Μωϋσῆ καὶ Ἀαρὼν. Ποιμὴν ἦν καὶ ὁ Δαβὶδ· Ἐξελέξατο γὰρ, φησὶν, τὸν δοῦλον αὐτοῦ ποιμαίνειν Ἰακώβ τὸν δοῦλον αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Τί τοίνυν τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ποιμένου κρύπτεις τὴν ἀξίαν τοῦ καταγγελλομένου; διόρισαι σαφῶς, ὃ λέγεις· εὐκρινεῖ καὶ ἀσυγχύτῳ χρῆσαι τῇ φωνῇ τοῦ κηρύγματος. Λέγεις· Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες· ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ· ὁ δὲ ποιμὴν οὐδέπω κηρύττει τοῦ μηνυομένου τὴν ἀξίαν διὰ τὴν πρὸς ἄλλους ποιμένας ὁμωνυμίαν.

Δ'. Τί οὖν; οὐδέπω ἐνόησας τὴν ἀξίαν, φησὶν; σαφηνίζω σοι τὴν ἀλήθειαν. Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ἐμφάνηθι, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθέ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Ὅρας πῶς ἄπασαν ἐγύμνωσεν τοῦ προφητευομένου τὴν ἀξίαν; Ὅρας, πῶς τῷ βασιλικῷ καὶ ὑπερκοσμῷ θρόνῳ τὸν βασιλέα τῆς δόξης ἀπήγγειλεν ἐποχεῖσθαι τὸ νῦν; Ὅθεν καὶ ὁ Σωτὴρ ἐπιθεβαιῶν τοῦ Προφήτου τὴν πρόβῃσιν, βοᾷ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος· Ἐγὼ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Ἐπειδὴ γὰρ ὡς ἄνθρωποι, φησὶν, λογικοὶ τὸν Θεὸν οὐκ ἐπέγνωτε, κἂν ὡς ἄλογα πρόβατα τὸν ποιμένα γνωρίσατε.

A est adventus, veri luminis est praesentia. Christi adventus, orbis totius beneficium. Christi praesentia, totius et mundi liberatio. Christus laudatur, et mundus sanctificatur: Christus praedicatur, et totus orbis illuminatur. Christus circumnuntiatur, et omnis anima caeleste desiderium induit. Vadem mei sermonis sese rerum praebet experientia.

B II. Attende, tu, mihi enim hanc Deo utique dignam Ecclesiae constitutionem; attende caelestis desiderii inextinguibilem lampadem; attende corporis naturam cum angelico ministerio una clarescentem. Homines qui de terra sunt, et terram incolunt, morosi caeteroquin, jam cum caelestibus certant institutis; abnegarunt corporis naturam, susceperunt angelicum ministerium: hujusmodi est enim Ecclesia Dei. Municipatum quidem habet in terra, sed ordinem servat caelestium operum. Quodnam opus est in caelis angelorum? Deo ministrare. Et quodnam opus sanctorum in terra? Deum laudibus efferre. Quorum ergo pari dignitate censetur ministerium, pari etiam dignitate censendum est meritum. Propterea beatus David spirituales pulsans lyram, et salutare evulgans divinitatis hymnum, dicebat, sicut nuper psallebamus: *Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvabimur*<sup>1</sup>.

C III. Nondum occurrerat rex gloriae, et praecursores regni praedicabant, dicentes: *Qui pascis Israel, attende*<sup>2</sup>. Dic, o Propheta, dilucide quod ais; declara quod praedicas. Quem pastorem dicis? multi enim pascebant. Moyses pastor erat, Aaron pastor erat. *Pavisti enim*, inquit, *populum tuum in manu Moysis et Aaron*<sup>3</sup>. Pastor quoque erat David: *Elegit enim*, inquit, *servum suum pascere Jacob servum suum, et Israel haereditatem suam*<sup>4</sup>. Cur ergo appellatione pastoris occultas dignitatem enuntiat? Defini manifeste, quod ais. Clara et inconfusa utere praekonii voce. Dicis: *Qui pascis Israel, attende; qui ducis velut ovem Joseph*<sup>5</sup>. At pastor necdum manifestam facit ejus qui innuitur dignitatem, propter communionem nominis cum caeteris pastoribus.

D IV. Quid ergo? necdum intellexisti, inquit, dignitatem? manifesto tibi veritatem. *Qui sedes super cherubim, appare: excita potentatum tuum, et veni ad salvandum nos*<sup>6</sup>. Viden' quomodo universam explicaverit prophetati dignitatem? Viden' quomodo regio et mundanis rebus sublimiori throno gloriae regem nunc invectum nuntiaverit? Quapropter Salvator quoque confirmans Prophetae praedictionem, clamat per evangelicam gratiam: *Ego sum pastor bonus*<sup>7</sup>. Quia enim, inquit, tanquam homines ratione praediti Deum non agnovistis, saltem tanquam irracionales oves pastorem agnoscite.

<sup>1</sup> Psal. LXXIX, 4. <sup>2</sup> ibid. 2. <sup>3</sup> Psal. LXXVI, 21. <sup>4</sup> Joan. x, 11.

2) Forte ταγμάτων.

<sup>5</sup> Psal. LXXVII, 71. <sup>6</sup> Psal. LXXIX, 2. <sup>7</sup> ibid.

V. Volens autem Propheta etiam fructum ostendere adventus hujus pastoris : *Excita, dixit, potentatum tuum, et veni ad salvandum nos*<sup>8</sup>. Apparitio enim Salvatoris, fons totius est beneficii. Apparuit itaque Redemptor orbis universi, omnia suscipiens in se, propter congruentem sibi bonitatem. Cum enim vidisset omnia quæ in hominibus sunt corruisse, et sacerdotium quod dederat Israeli, et prophetiam, et omnes prærogativas : ipse renovat per se ipsum dona sua. Quomodo vero? Audi.

VI. Factus est propheta, postquam adulterata est prophetia ab indignis, juxta quod scriptum est : *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus noster ex fratribus vestris, sicut me*<sup>9</sup>. Effectus est apostolus, secundum quod dictum est : *Considerate pontificem et apostolum vocationis nostræ Jesum*<sup>10</sup>. Effectus est etiam sacerdos sicut ait Hymnographus : *Tu es sacerdos in sæculum secundum ordinem Melchisedec*<sup>11</sup>. Effectus est quoque diaconus, ut inquit generosus Paulus : *Dico enim Christum diaconum factum fuisse circumcisionis pro veritate Dei, ad complendas promissiones patrum*<sup>12</sup>. Per omnem igitur transit ordinem. Effectus est pariter etiam lector. Accipiens enim *Isaiam legebat*<sup>13</sup>, sicut declarat Evangelium, quo etiam propheta confirmaret voces, et honoraret gradus ecclesiasticos. Fuit et rex, *Rex regum*<sup>14</sup>; ut inquit Nathanael : *Tu es Filius Dei; tu es rex Israel*<sup>15</sup>.

VII. Sed dicet fortasse quispiam circumstantium : Quid igitur ad me hominem sæcularem, si prophetiam et apostolatam et pontificatum Christus induit? quid ad me in sæculari statu positum? Maxime vero propter omnes homines factus est homo humanissimus ille. Ac si vis videre illum laicalem statum obeuntem propter te, reputa tecum et considera quæ jam dicenda sunt. Sine controversia qui baptizatur, nonne in ordine est sacerdotali; qui vero baptizatur, nonne in laicali gradu constitutus est? Attende igitur Joannem in gradu sacerdotis baptizantem, et Christum in laicali statu baptizatum. Hodie namque, fratres, hodie dispensationem subivit aquarum : non ex aquis sanctificatus, sed aquis sanctificationem indens. Joannes vicem gerebat sacerdotis; accedit Redemptor orbis ad baptizantem, is qui illustrat in Spiritu, rex ipse ad præcursorem, Deus ipse ad prophetam. Joannes, fratres, non ignorabat dignitatem propter dispensationem; non fefellit eum habitus corporis; non decepit eum apparens caro; quin potius illustravit eum occulta virtus, quam ignorantibus quoque prædicabat. Lucerna quippe sancta erat vir ille admirandus : lucerna de qua ; *Paravi lucernam Christo meo*<sup>16</sup>, per Prophetam prædictum fuerat. Lucerna vero Joannes prænomi-

Ε'. Βουλόμενος δὲ ὁ Προφήτης καὶ τὸν καρπὸν ἐπιδειξάαι τῆς τοῦ ποιμένου ἐπιδημίας· Ἐξέγειρον, φησὶν, τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἔλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμῶς. Ἡ γὰρ τοῦ Σωτῆρος ἐπιφάνεια πηγὴ πάσης εὐεργεσίας. Ἐπιφάνη τοίνυν ὁ λυτρωτὴς πάσης τῆς οἰκουμένης, πάντα ἀναλαβὼν εἰς ἑαυτὸν διὰ τὴν αὐτῷ πρέπουσαν ἀγαθότητα. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν πάντα τὰ ἐν ἀνθρώποις διαπασόντα, καὶ τὴν ἱερωσύνην, ἣν δέδωκεν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τὴν προφητείαν, καὶ πάντα τὰ ἐξαιρέτα, αὐτὸς ἀνακαίνιζει δι' ἑαυτοῦ τὰ ἑαυτοῦ δῶρα· καὶ πῶς ; Ἄκουε.

Γ'. Ἐγένετο προφήτης, ἐπειδὴ ἐνοθεύθη ἡ προφητεία παρὰ τῶν ἀναξίων, καθὼς γέγραπται· Προφήτην ἡμῶν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. Γίνεται ἀπόστολος κατὰ τὸ εἰρημένον· Κατανοήσατε τὸν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς κλήσεως ἡμῶν Ἰησοῦν. Γίνεται καὶ ἱερεὺς, καθά φησιν ὁ Ἕμνογράφος· Σὺ εἶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Γίνεται καὶ διάκονος, ὡς φησιν ὁ γενναῖος Παῦλος· Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ πληρῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων. Διὰ πάσης οὖν ὁδεύει τάξεως. Γίνεται πάλιν καὶ ἀναγνώστης. Λαβὼν γὰρ τὸν Ἠσαΐαν ἀνεγίνωσκεν, ὡς δείκνυσι τὸ Εὐαγγέλιον, ἵνα καὶ τοῦ προφήτου τὰς φωνὰς βεβαιώσῃ, καὶ τῆς Ἐκκλησίας τοὺς βαθμοὺς τιμήσῃ. Ἐγένετο καὶ βασιλεὺς, Ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων· ὡς φησιν ὁ Ναθαναήλ· Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ.

Ζ'. Ἄλλ' ἔρει τις ἴσως τῶν περισσώτων· Τί οὖν πρὸς ἐμέ τὸν λαϊκὸν, εἰ προφητεῖαν καὶ ἀποστολὴν καὶ ἀρχιερωσύνην ἐνεδύσατο; τί πρὸς ἐμέ τὸν ἐν λαϊκῇ τάξει κατηλεγμένον; Μάλιστα μὲν διὰ πάντας ἀνθρώπους γέγονεν ἄνθρωπος ὁ φιλόανθρωπος. Εἰ δὲ βούλει αὐτὸν καὶ λαϊκοῦ τάξιν ὑπερχόμενον ἰδεῖν διὰ σέ, ἀνάκρινον παρὰ σέ (ὦ) αὐτῷ καὶ σκόπητον τὰ ρηθησόμενα. Ὁμολογουμένως ὁ βαπτίζων οὐκ ἐν χώρῃ ἐστὶν τοῦ ἱερέως, ὁ δὲ βαπτιζόμενος, οὐκ ἐν τάξει τοῦ λαϊκοῦ καθέστηκεν; Ὅρα οὖν Ἰωάννην ἐν τάξει ἱερέως βαπτίζοντα, καὶ τὸν Χριστὸν ἐν λαϊκῇ τάξει βαπτιζόμενον. Σήμερον γὰρ, ἀδελφοί, σήμερον τὴν διὰ τῶν ὑδάτων ὑπῆλθεν οἰκονομίαν. Οὐκ ἐκ τῶν ὑδάτων ἀγιαζόμενος, ἀλλὰ τοῖς ὑδασιν τὴν ἀγιασμὸν παρεχόμενος. Ἰωάννης ἐπλήρωσε τὸ σχῆμα τὸ ἱερατικὸν, προσέρχεται ὁ Λυτρωτὴς τῆς οἰκουμένης τῷ βαπτίζοντι, ὁ φωτίζων ἐν Πνεύματι, ὁ βασιλεὺς τῷ προδρόμῳ, ὁ Θεὸς τῷ προφῆτῃ. Ἰωάννης, ἀδελφοί, οὐκ ἠγνόησεν τὴν ἀξίαν διὰ τὴν οἰκονομίαν· οὐκ ἔσφαλεν αὐτὸν τὸ σχῆμα τοῦ σώματος· οὐκ ἠπάτησεν αὐτὸν ἡ φαινομένη σὰρξ, ἀλλὰ περιέλαμπεν αὐτὸν ἡ κρυπτομένη δύναμις, ἣν καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐκφύττειν. Λύχνος γὰρ ἦν ἅγιος ὁ θαυμάσιος· λύχνος, περὶ οὗ· Ἠτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου, διὰ τοῦ Προφήτου προείρηται. Λύχνος δὲ ὁ Ἰωάννης προσηγό-

<sup>8</sup> Psal. lxxix, 2. <sup>9</sup> Deut. xviii, 15. <sup>10</sup> Hebr. iii, 4. <sup>11</sup> Psal. cix, 4. <sup>12</sup> Rom. xv, 8. <sup>13</sup> Luc. iv, 17. <sup>14</sup> 1 Tim. vi, 15. <sup>15</sup> Joan. i, 49. <sup>16</sup> Psal. cxxxi, 17.

(ὦ) Forte σά, ex errore typogr.

ρευται, οὐκ ἐπειδὴ τῷ Θεῷ Λόγῳ, τῷ φωτὶ τῆς ἀλη-  
θείας, χρεῖα ἦν τῆς ἀπὸ τοῦ λύχνου προσθήκης·  
ἥλιος γὰρ ἦν δικαιοσύνης· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν ἐν σαρκὶ  
κρυπτόμενον Κύριον ἐγνώριζεν, ὡς ἐν νυκτὶ, τῇ Ἰου-  
δαϊκῇ καταστάσει, τὸν λύχνον ἀπαστρέπτων τοῦ θείου  
Λόγου. Καλεῖται οὖν λύχνος εἰκότως.

Η'. Καὶ ὁρᾶτε τὸ θαυμαστὸν, ἀδελφοί. "Οτε παρῆλ-  
θεν ἐπὶ τὴν ἑσαρκον οἰκονομίαν ὁ πρὸς ἡμᾶς ἐπιδη-  
μήσας Δεσπότης, ἄνθρωπος διὰ φιλανθρωπίαν γενό-  
μενος, καὶ τὴν ξένον θαῦμα, ὅτι Θεὸς ἐν ἀνθρώποις,  
ἐν δούλοις ὁ Δεσπότης, μετὰ τῶν ποιημάτων ὁ ποιη-  
τῆς, ὁ ἀγιάζων μετὰ τῶν ἀγιαζομένων· τότε ὁ Ἰωάν-  
νης κηρύττει τὴν ἀξίαν, καὶ τὴν ἰδεῖν ξένον θαῦμα· ἦν  
ἰδεῖν τὸν λύχνον δεχόμενον τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης  
Ἰησοῦν. Τὸν γὰρ ἀπάντων Αὐτρωτὴν Κύριον ὁ λυ-  
τρώσεως δεόμενος ἄνθρωπος ἐβάπτιζεν, οὐ τόλμη  
προσαχθεὶς, ἀλλὰ προστάγματι δουλωθεὶς. Τότε δὴ  
τότε συνέδραμον δύο προφητικαὶ φωναί· *Φωνὴ βεῶν-  
τος ἐν τῇ ἐρήμῳ· καὶ, Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδά-  
των. Ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας ἐβόα, καὶ Ὁ Θεὸς τῆς  
δόξης ἐβρόντα. Καὶ τὴν ἐκεῖ ἡ προσκυνητὴ Τριάς  
τὴν αὐτῆς δόξαν ἀστράπτουσα. Πατὴρ ἄνωθεν τὸν  
Υἱὸν κηρύττων, Υἱὸς κάτωθεν τὴν οἰκονομίαν πλη-  
ρῶν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπισφραγίζον τὴν θεοπρεπῆ  
μυσταγωγίαν. Καὶ φωνὴ τοσαύτη γίνεται μαρτυροῦν-  
τος ἄνωθεν τοῦ Πατρὸς τῷ ἑαυτοῦ Μονογενεῖ, ὡς  
σχισθῆναι ἄνωθεν τοὺς οὐρανοὺς. Ἀναβαίροντος  
γὰρ, φησὶ, τοῦ Ἰησοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἐσχίσθη-  
σαν οἱ οὐρανοί. Οὐ γὰρ ἤνεγκαν τὴν φωνὴν τῆς τοσ-  
αύτης μαρτυρίας, φρίζαντες τὴν ἐνθεον οἰκονομίαν.*

Θ'. Ἄλλ' ὄρα τὸ θαυμαστὸν. Ἡ φωνὴ αὕτη τοὺς  
οὐρανοὺς ἔσχισεν, καὶ αἰρετικούς οὐκ ἐφόδησεν· *Θῦ-  
τός ἐστιν ὁ Υἱός μου, ὁ ἀγαπητός, αὐτοῦ ἀκούετε.*  
Ἐπειδὴ προέλαβεν νόμος κηρύττων, καὶ προφῆται  
εὐαγγελιζόμενοι, ἵνα μή τις τῇ προτέρᾳ καταστάσει  
τῆς Ἰουδαϊκῆς λατρείας ἐπόμενος, ἀπόσῃται τὸν  
ζυγὸν τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος, ἡ θεία φωνὴ διέκρι-  
νον τὸ οἰκετικὸν ἀπὸ τῶν δεσποτικῶν ἀξιωματίων.  
*Αὐτοῦ ἀκούετε, δηλονότι τοῦ Χριστοῦ. Πλήρωμα  
γὰρ νόμου Χριστός, πλήρωμα τῶν ἀγαθῶν Χριστός.*  
Εἰ γὰρ καὶ προέλαβον ἐν τῷ νόμῳ τῷ Μωσαϊκῷ αἱ  
εὐλογίαι, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐντελεῖς, ἐκδεχόμεναι τὸν  
Κύριον ἡμῶν, περὶ οὗ φησιν ὁ Παῦλος· *Πλήρωμα*  
*νόμου Χριστός.* Καὶ θέλεις, ἐκ πράγματος ἐναργοῦς  
παραστήσω σοι τὴν ἀλήθειαν ἐγγυον τῶν εἰρημένων;  
*Πρόσεχε ἀκριβῶς. Κελεύει Μωϋσῆς ὁ νομοθέτης με-  
ρισθῆναι τὰς δώδεκα φυλάς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὰς μὲν  
ἕξ φυλάς ἐπὶ τὸ ὄρος ἀνάγει τὸ Γηβάλ, τὰς δὲ ἑτέ-  
ρας ἕξ εἰς τὸ ὄρος τὸ Γαρίζειν, καὶ κελεύει τὰς μὲν  
εὐλογεῖν, τὰς δὲ καταρᾶσθαι. Εὐλογεῖν μὲν τοὺς κατ-  
ορθοῦντας τὸν νόμον, καταρᾶσθαι δὲ τοὺς παραβαί-  
νοντας. Τί οὖν; Ἐπὶ μὲν τῶν καταρῶν ἀπασῶν ἦν  
ἐπαγόμενον ἐπισφράγισμα· Ἐροῦσι γὰρ οἱ Λευῖται  
Ἐπικατάρατος ὁ ἐγκαταλιμπάνων τὸν νόμον, καὶ  
ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός· Ἀμήν. Ἐπιζυτάρατος ὁ δου-*

natus est; non quia Deo Verbo, lumini, inquam,  
veritatis, opus esset accessione lucernæ, sol enim  
erat justitiæ; at quia occultatum in carne Domi-  
num, cognitum faciebat, tanquam in nocte, Judai-  
cæ reipublicæ, lucernam illuminans Verbi divini.  
Vocatur igitur lucerna merito.

VIII. Videte porro rem mirabilem, fratres. Quan-  
do processit ad incarnationis dispensationem Do-  
minus qui nobiscum conversatus est, homo propter  
benignissimam humanitatem factus, eratque stu-  
pendum miraculum, Deum versari inter homines,  
cum servis Dominum, cum creaturis creatorem,  
sanctificatorem cum sanctificatis: tunc Joannes  
prædicat illius dignitatem, licebatque videre prodigi-  
um supra omnem opinionem; licebat, inquam,  
videre lucernam suscipientem solem justitiæ Jesum.  
Universorum enim redemptorem Dominum, qui  
redemptione indigebat homo baptizabat, non teme-  
rario ausu rem aggressus, sed mandato subserviens.  
Tunc enim vero, tunc concurrerunt duæ prophe-  
ticæ voces: *Vox clamantis in deserto* <sup>17</sup>, et, *Vox Do-  
mini super aquas* <sup>18</sup>. Præco veritatis clamabat, et  
*Deus majestatis intonuit* <sup>19</sup>. Eratque ibi adoranda  
Trinitas, quæ gloriam suam affulgere faciebat. Pa-  
ter supra Filium prædicans, Filius infra dispensa-  
tionem implens, Spiritus sanctus, quasi sigillo suo  
confirmans Deo dignam institutionem. Et usque  
adeo magna facta est vox, Patre desuper Unigenito  
suo testimonium perhibente, ut aperti fuerint cæli  
desuper. *Ascendente enim, ait, Jesu de aqua, scissi  
sunt cæli* <sup>20</sup>. Non enim tulerunt vocem tanti testi-  
monii, horrentes divinam dispensationem.

IX. Sed advertite prodigium. Ea vox cælos scidit,  
et hæreticos non percudit: *Hic est Filius meus dile-  
ctus* <sup>21</sup>, *ipsi auscultate* <sup>22</sup>. Quia præoccupaverat lex  
edicens, et prophetæ evangelizantes, ne quis se-  
cutus priorem Judaici cultus institutionem, repel-  
leret evangelicæ gratiæ jugum, divina vox distinxit  
herilem a famuli dignitatibus. *Ipsi auscultate*, Chri-  
sto videlicet. *Plenitudo enim legis Christus* <sup>23</sup>, pleni-  
tudo honorum Christus. Etsi enim præcesserunt in  
lege Mosaica benedictiones, at non erant perfectæ,  
expectantes Dominum nostrum: de quo Paulus  
ait: *Plenitudo legis Christus. Vin' ex re manifesta*  
*exhibeam tibi veritatem vadem dictorum? Attende*  
*diligenter. Jubet Moyses legislator dividi duodecim*  
*tribus Israel, et sex quidem tribus in montem du-  
cit Gebal, reliquas vero sex, in Garizin montem,*  
*mandatque ut aliæ benedicant, aliæ maledicant. Be-  
nedicant legis observatores, transgressores maledi-  
cant. Quid ergo? In omnibus maledictionibus in-  
dutum erat veluti quoddam sigillum: Dicent enim*  
*Levitæ: Maledictus qui deseruerit legem; et dicet*  
*omnis populus, Amen. Maledictus qui colit deos alie-  
nos; et dicet omnis populus, Amen* <sup>24</sup>. Atque in quo-  
que præcepto impendet Amen transgressoribus. In  
benedictionibus vero ait, dicent Levitæ: *Benedictus*

<sup>17</sup> Isai. xl, 5. <sup>18</sup> Psal. xxviii, 5. <sup>19</sup> ibid. <sup>20</sup> Matth. iii, 16. <sup>21</sup> ibid. 18. <sup>22</sup> Matth. xvii, 5. I Petr. i, 17. <sup>23</sup> Rom. xiii, 10. <sup>24</sup> Deut. xxvii, 26, 15.

qui custodit legem Domini; benedictus in agro, benedictus in civitate <sup>25</sup>, et nusquam in ulla benedictione Amen comparet. Cur igitur maledictiones sigillum suscipiunt, benedictiones vero non item? Quid sibi vult hoc symbolum, quid innuit hoc ænigma? Lex sententias executioni mandabat, benedictionum autem confirmator est Christus. Et quia oportebat quæ legis sunt propria legi asserere, et quod proprium est evangelicæ gratiæ, gratiæ reservari, propterea remanserunt benedictiones deinceps expectantes Amen.

Ἰδια δοθῆναι τῷ νόμῳ, τὸ δὲ τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος Ἰδια προσθήκην τὸ λοιπὸν ἐπιζητοῦσαι.

X. Ac ne cui coactus videatur sermo noster, quia potius ex ipsamet veritate testimonium haberet, audi Paulum dicentem: Dominus autem noster Jesus Christus non fuit utique et minime, sed utique in ipso fuit. Quotquot enim sunt pollicitationes Dei in illo, ipsum utique; et per illum, ipsum Amen; ad gloriam Deo <sup>26</sup>. Hinc licet intelligere iterum quod dictum ab Apostolo fuit: Quia cum mortui essemus peccatis et præputio carnis nostræ, convivificavit in illo, indulgens nobis omnia peccata nostra, obliterans contrarium nobis chirographum, quod adversabatur nobis <sup>27</sup>. Cujusmodi chirographum? Hinc habes rei demonstrationem. Quando enim recensuit lex maledictiones, ipsum populi Amen, subscriptio quædam erat audientium. Jesus quippe erat plenitudo benedictionum, qui in Jordane apparuit, qui prophetiam Isaïæ in seipso complevit. Dixit enim Isaïas: Exsultent deserta Jordanis, quia gloria Libani data est ei, et honor Carmeli <sup>28</sup>. Dictum quidem obscurum, quod tamen per gratiam declaratur.

XI. Libanum vocat Scriptura illius temporis Jerusalem. Neque existimes coactam esse hanc sententiam. Ezechiel testatur de Nabuchodonosor rege. Dixit enim: Aquila magna magnarum alarum, quæ alas expansas habet et plena est unguium, venit in Libanum, et accepit electa cedrorum Libani, et adduxit in Babylonem <sup>29</sup>. Quid vero electa sunt? Quandoquidem vinetum Sedeciam regem abduxit, et Joachim et pontifices: hæc erant electa Libani, quæ Babylonem adduxit. Quid est ergo illud: Et gloria Libani data est ei? Quia sacerdotium Jerusalem et propheta universa in Joannem emigraverat, et tota Hierosolyma, relicto altari, exhibat ad accipiendum baptismum Joannis; anteocepat propheta loqui de deserto Jordanis, inquit: Gloria Libani data est ei, et honor Carmeli. Quis vero honor? Audi veluti in transitu. Elias propheta erat honor Carmeli. Erat quippe in Carmelo Elias. Quia igitur prodiit Joannes in spiritu et virtute Eliæ <sup>30</sup>: propterea dicit datum eremo honorem Carmeli, de quo inquit Salvator: Et si vultis suscipere, ipse est Elias qui venturus est <sup>31</sup>. Quia igitur aliquando Elias

λεῦων θεοῖς ἀλλοτρίοις, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός. Ἀμὴν. Καὶ ἐφ' ἐκάστη ἐντολῇ ἐπίκειται τὸ Ἀμὴν τοῖς παραβαίνουσι. Ἐπὶ δὲ ταῖς εὐλογίαις ἐροῦσι, φησὶν, οἱ Λευῖται· Εὐλογημένος ὁ φυλάσσων τὸν νόμον Κυρίου, εὐλογημένος ἐν ἀγρῷ, εὐλογημένος ἐν πόλει, καὶ οὐδαμοῦ τὸ Ἀμὴν ἐν οὐδεμιᾷ τῶν εὐλογιῶν. Τί οὖν αἱ κατάραι λαμβάνουσι τὸ ἐπισφραγισμα, αἱ δὲ εὐλογίαι οὐ δέχονται τὴν σφραγίδα; Τί βούλεται τὸ σύνθημα; τί ἐρμηνεύει τὸ ἀνιγμα; τῶν ἀποφάσεων πληρωτῆς ἦν ὁ νόμος, τῶν δὲ εὐλογιῶν βεβαιωτῆς Ἰησοῦς. Ἐπειδὴ δὲ ἔδει τὰ μὲν τοῦ νόμου φυλαχθῆναι τῇ χάριτι, ἔμειναν αἱ εὐλογίαι, τὴν τοῦ

Γ. Ἴνα δὲ μὴ δόξη τις βεβιασμένον εἶναι τὸν λόγον, ἀλλὰ μᾶλλον ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας μεμαρτυρημένον, ἀκουε Παύλου λέγοντος· Ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὐ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ ἐν αὐτῷ, τὸ ναὶ καὶ δι' αὐτοῦ, τὸ Ἀμὴν πρὸς δόξαν τῷ Θεῷ. Ἐντεῦθεν ἔστιν νοῆσαι πάλιν τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου· Ὅτι νεκροὺς ἡμᾶς ὄντας τοῖς παραπτώμασιν καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, συνεζώοποίησεν ἐν αὐτῷ, χαρισάμενος ἡμῖν πάντα τὰ παραπτώματα ἡμῶν, ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, ὃ ἦν ἡμῖν ὑπεναρτίον. Ποῖον χειρόγραφον; ἔχεις τούτου τὴν ἀπόδειξιν. Ὅτε γὰρ ὑπηγόρευσε τὰς κατάραις ὁ νόμος, τὸ Ἀμὴν τοῦ λαοῦ ὑπογραφή ἦν τῶν ἀκουόντων. Ἰησοῦς γὰρ ἦν τὸ πλήρωμα τῶν εὐλογιῶν, ὃ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου φανεῖς, ὃ τὴν προφητείαν Ἠσαΐου εἰς ἑαυτὸν πληρώσας. Ἐλεγεν γὰρ Ἠσαΐας· Ἀγαλλιᾶσθω τὰ ἔρημια τοῦ Ἰορδάνου, ὅτι ἡ δόξα Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου. Τὸ ῥῆμα ἀσαφές, σαφηνίζεται διὰ τῆς χάριτος.

ΙΑ'. Λιβάνον καλεῖ ἡ Γραφή τὴν Ἱερουσαλήμ τὸ τριηκαῦτα. Καὶ μὴ νομίσης βεβιασμένον εἶναι τὸν λόγον. Ἰεζεκιὴλ μαρτυρεῖ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσωρ τοῦ βασιλέως. Ἐλεγε γὰρ· Ὁ ἀετὸς ὁ μέγας, ὁ μεγαλοπτερυγός, ὃ ἐκτεταμένος ταῖς πτέρυξιν, καὶ πλήρης ὀνύγων, ἦλθεν εἰς τὸν Λιβάνον, καὶ ἔλαβεν τὰ ἐκλεκτὰ τῆς κέδρου τοῦ Λιβάνου, καὶ ἀπήγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. Τὰ δὲ ἐκλεκτὰ τίνα ἦν; Ἐπειδὴ Σεδεκίαν δῆσας ἀπήγαγεν τὸν βασιλέα καὶ τὸν Ἰωακείμ καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς, ταῦτα ἦν τὰ ἐκλεκτὰ τοῦ Λιβάνου, καὶ ἀπήγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. Τί οὖν ἐστὶν τὸ· Καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ; Ἐπειδὴ ἡ ἱερωσύνη τῆς Ἱερουσαλήμ καὶ ἡ προφητεία πᾶσα μετέβη εἰς τὸν Ἰωάννην, καὶ πᾶσα ἡ Ἱεροσόλυμα, καταλιπούσα τὸ θυσιαστήριον, ἐξήρχετο ἐπὶ τὸ λαβεῖν τὸ βάπτισμα Ἰωάννου, προλαβὼν ὁ προφήτης λέγει περὶ τῆς ἐρήμου τοῦ Ἰορδάνου· Ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου. Καὶ τίς ἡ τιμὴ; Ἀκουε, ὡς ἐν παραδρομῇ. Ἠλίας ἦν ὁ προφήτης ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου. Ἠλίας γὰρ ἦν ἐν τῷ Καρμῆλῳ. Ἐπεὶ οὖν προσῆλθεν Ἰωάννης ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, διὰ τοῦτο φησὶν·

<sup>25</sup> Deut. xxviii, 1, 3. <sup>26</sup> II Cor. i, 19, 20. <sup>27</sup> Coloss. ii, 15, 14. <sup>28</sup> Isai. xxxv, 1, 2. <sup>29</sup> Ezech. xvii, 3, 4. <sup>30</sup> Luc. i, 17. <sup>31</sup> Matth. xi, 14.



Ἐδόθη ἡ τιμὴ τοῦ Καρμηλοῦ τῆ ἐρήμῳ, περὶ οὗ φη- A Carmelum incolebat, nunc vero cretum Joannes,  
σιν ὁ Σωτὴρ· Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτὸς ἐστὶν propterea merito dicit : *Gloria Libani data est ei.*  
'Ἡλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. Ἐπεὶ οὖν ποτὲ μὲν *et honor Carmeli.*  
'Ἡλίας ὄκει τὸν Κάρμηλον, νῦν δὲ Ἰωάννης τὴν ἔρημον, εἰκότως φησὶν· Ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη  
αὐτῷ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμηλοῦ.

IB'. Nῦν δὲ, ἀδελφοί, ἡ δόξα ἐκείνη οὐ τὴν ἔρημον  
μόνην ἐπλήρωσεν, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν.  
Σήμερον γὰρ πανταχοῦ τῆς γῆς ὕμνοι καὶ θεολογίαι·  
ἀπὸ ἑσπέρας μέχρι τῆς δεῦρο ἐστήχασιν ἄνθρωποι,  
καὶ ὕμνοις τὸν ὕπνον ἐνίκησαν· καὶ ἡ χάρις ἐδείκνυτο,  
καὶ ἡ φύσις οὐκ ἠλέγχετο. Καὶ μάλα εἰκότως. Ὡσπερ  
γὰρ σίδηρος, περὶ προσομιλήσας, ὃ μὲν ἦν, οὐκέτι  
φαίνεται, ὃ δὲ οὐκ ἦν, ἐπενδύεται, οὐ τὴν φύσιν ἀπο-  
τιθέμενος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν φύσιν τὴν λαμπρότητα δεξό-  
μενος· οὕτως καὶ ἡμεῖς καταξιοθέντες τοῦ ἁγίου  
Πνεύματος, ἠρνησάμεθα τοῦ σώματος τὴν ἀσθένειαν,  
καὶ ἐνεδυσάμεθα τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν. Ἔστη-  
κεν ἡ Ἐκκλησία διόλου λάμπουσα, καὶ πληροῦται  
ἐπ' αὐτῇ τό· Ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ  
ἡμέρα μία. Οὐκ εἶχεν ἡ νύξ σκότος, τῆ θεολογία  
φωτιζόμενος (4). Οὐκ εἶχεν ἡ νύξ σκότος· τῷ γὰρ θεῷ  
λόγῳ κατελάμπετο κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ·  
Καὶ νύξ φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου, ὅτι σκότος  
οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ, καὶ νύξ ὡς ἡμέρα  
φωτισθήσεται. Τοσοῦτον φῶς, τοσοῦτον κάλλος πε-  
ριαστράπτει τὴν Ἐκκλησίαν. Γένοιτο δὲ ἡμᾶς, ἀδελ-  
φοί, θεῷ χάριτι πάντοτε καταλαμπομένους τῷ παν-  
αγίῳ Θεῷ δόξαν ἀναπέμπειν· ὃ πρέπει δόξα καὶ τιμὴ  
εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

XII. Nunc vero, fratres, gloria illa non solum  
cretum implevit, sed et orbem terrarum univer-  
sum. Hodie enim ubique terrarum hymni et sermo-  
nes de Deo. A vespere ad hanc usque horam ste-  
terunt homines, et hymnis somnum vicerunt; gra-  
tia apparebat, et natura non arguebatur. Ac merito  
sane. Quemadmodum enim ferrum quod diu in igne  
fuit, quod quidem erat non amplius apparet, et  
quod non erat induit; non naturam exuens, sed ad  
naturam splendorem accipiens: sic etiam nos di-  
gni effecti sancto Spiritu, abnegavimus corporis  
imbecillitatem, et induimus Spiritus efficaciam.  
Stetit Ecclesia per omnia fulgens, impleturque in  
ea illud: *Fuit vespera, et fuit mane dies una*<sup>32</sup>. Non  
habebat nox obscuritatem (5), assiduo illustrata  
sermone de Deo. Non habebat obscuritatem: divino  
enim Verbo illustrabatur, juxta quod a Davide di-  
ctum est: *Et nox illuminatio in voluptate mea; quia  
tenebrae non tenebrescent a te, et nox sicut dies illa-  
minabitur*<sup>33</sup>. Tanta lux, tanta pulchritudo circum-  
fulget Ecclesiae. Contingat autem nos, fratres, di-  
vina gratia semper illustratos sanctissimo Deo  
gloriam reddere, quem decet gloria et honor in  
saecula, Amen.

<sup>32</sup> Gen. i, 5. <sup>33</sup> Psal. cxxxviii, 11, 12.

(4) Φωτιζομένην puto legendum, vel φωτιζόμενον.

(5) Videntur vigilasse a vespere ad multam jam diem veteres in festo Epiphaniae.

## DE SEQUENTI HOMILIA MONITUM.

(Mat Spicil. Rom. X, p. 221.)

In codice prisco Sessoriano, observante P. Amatore, nec non in alio exemplari homilia exstat De Kalendis Januarii, cui sancti Severiani nomen inscriptum est. Hunc ego sermonem, facta collatione, diversum esse comperiebam a sermonibus per easdem Kalendas dictis 1. S. Augustini serm. XCVII, et XCVIII; 2. S. Petri Chrysologi serm. CLV; 3. S. Ambrosii serm. VII; 4. S. Asterii Amaseni apud Combesisium Nov. auct. t. I, p. 65 (Patrol. Gr. t. XL); 5. S. Maximi Taurin. serm. XVI; 6. Attonis Vercell. serm. III, apud me Scrip. vet. t. VI, part. II, p. 15. Quid agerem? Satisne quæsissem me de hoc scripto crederem, an ipsum adhuc suspicarer alicubi editum, sive sub Severiani sive sub cujuscumque alterius nomine? Certe de Gabalitano episcopo Severiano vix cogitandum putabam, etenim Latina elocutio talis est, quæ de Græco fonte manare non videtur. Num Severini potius nomen sub Severiano latere arbitrarer, quæ reapse commutatio in nonnullis codicibus fit, ubi aliquot S. Petri Chrysologi sermones, modo Severino inscribuntur modo Severiano? Verumtamen ne Severini quidem episcopi ullus quod sciam sermo exstat. Nam Severini sententiæ illæ a Sirmundo Opp. t. II, editæ, et a Pezio Thesaur. anecd. t. IV, ceu ineditæ repetitæ (quanquam is postea errorem suum agnovit) nihil habent quod ad hunc referri sermonem queat. Verumtamen ne pretiosum fugientis vitæ tempus in hac meditatione diutius tererem, hic velut in libri angulo eruditum hunc sermunculum collocare decrevi, de quo otiosiores et curiosiores homines pro sua industria disquirent et judicabunt.

## SEVERIANI EPISCOPI

## HOMILIA DE PYTHONIBUS ET MALEFICIIS.

Evangelica modo claudenda nobis tuba (6) est, modo taceudi nobis sunt apostolici sensus, ut illa tantum laminationis propheticae resonet cantilena, quae dicit: *Obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis, et dolor meus renovatus est*<sup>34</sup>. Renovatur dolor pontificis Christiani, quando gentilium error nec v. terescit tempore, nec tanto fidei fulgore dispergitur. Ecce veniunt dies, ecce Kalendae veniunt, et tota daemonum pompa procedit, idolorum tota producit officina, et sacrilegio vetusto anni novitas consecratur. Figurant Saturnum, faciunt Jovem, formant Herculem, exponunt cum venantibus (7) suis Dianam, circumducunt Vulcanum verbis anhelantem turpitudines suas, et plura quorum quia portenta sunt, nomina sunt tacenda; quorum deformitates quia natura non habet, creatura nescit, fingere ars laborat. Praeterea vestiuntur homines in pecudes, et in feminas viros vertunt, honestatem rident, violant iudicia, censuram publicam rident, illudunt saeculo teste, et dicunt se facientes ista jocari. Non sunt joca, sed sunt crimina. In idolum transfiguratur homo. Et si ire ad idola crimen est, esse idolum quid videtur? Ad Dei imaginem factus est homo. Quidquid in te impie propria deformitate intuleris, ad Dei pertendit injuriam. Plane non sunt haec usquequaque tua vota, sed ex parte maxima sunt iudicia Dei, ut eorum, quorum per Deum perit cultus, per te saeculorum pertendatur et maneat turpitudine.

Namque talium deorum facies ut pernigrari possint, carbo deficit; et ut eorum habitus pleno cumuletur horrore, paleae, pelles, panni, stercora, toto saeculo perquirantur; et quidquid est confusionis humanae, in eorum facie collocatur. Et pejus operantur qui gyraunt bestiola sua ubi ignem accen-

dunt, et in tali insania confidunt; putant bonum opus facere sibi, et sic incurrunt grave delictum. Quia ille inter tales deos magnificentior creditur, qui inter turpes turpior invenitur. Et ille magnificus habetur, quem pro deformitate singulari potuerint ipsa monstra mirari. Impletum est in illis propheticum maledictum: *Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis*<sup>35</sup>. Et hoc Christiani vident, Christiani expectant (8), admittunt in domos suas, Christiani in domibus suis recipiunt? immemores illius apostolici dicti: *Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte*<sup>36</sup>.

Sed dicis: Qui faciunt ea, moriantur. Non te excusat sermo quem voluntas accusat, nec separat officium quem constringit et adjungit assensus. Audi quid sequitur: *Non solum qui faciunt ea, sed et qui consentiunt facientibus*<sup>37</sup>. Rogo vos, vel inter mala cessent mala. Credite, credite, delicerent, si ea Christianorum simulatio non transiret (9). Fugite ista, o Christiani, fugite; claudite vos ut non videatis talia insanientes; claudite vos vestrasque domos, quia Deus qui in occulto videt, circumveniri non potest in aperto. *Exite, exite, sicut dixit propheta, de medio eorum, et separamini ab eis, et ne immundum tetigeritis*<sup>38</sup>: ut tandem nostro respiscant studio, qui haec nostro colludicium sunt decepti. Fugite ergo daemonica ista, si divina desideratis audire.

*Exin continuatur in uno e codicibus, tanquam pars praedicti sermonis sic: Quanquam non dubitem vos, charissimi, per paternam sollicitudinem, etc., qui videlicet est S. Maximi sermo decimus sextus in Romana Brunii editione, perperam in codice cum Severiano contextus.*

<sup>34</sup> Psal. xxxviii, 5. <sup>35</sup> Psal. cxiii, 8. <sup>36</sup> Rom. i, 32. <sup>37</sup> ibid. <sup>38</sup> Isa. lvi, 11; II Cor. vi, 17.

(6) In alio codice lectio pro tuba.

(7) Codd. vernantibus.

(8) Ita codd. pro spectant, ut alibi.

(9) Nempe toleraret.

## SEVERIANI HOMILIA

De sigillis librorum, et quomodo Filius Patri, Pater Filio offerat, ac de Servatoris incarnatione.

Vide inter Opera S. Joannis Chrysostomi nostrae editionis, tom. XII, col. 539.

## EJUSDEM HOMILIA CONTRA JUDÆOS.

*Vide ubi supra, tom. X, col. 795.*

## EJUSDEM SERMONES XV

Ex Armenicis codicibus Venetiis anno 1827, curante Auchero, editi.

*Vide ad annum supra positum hujusce Patrologiæ seriem mere Orientalem.*

ANNO DOMINI CDXII

# THEOPHILUS

## ALEXANDRINUS EPISCOPUS

### NOTITIA

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, t. VII, Proleg., p. xxvii.)

I. Longum esset ire per singula, quæ de Theophilo Ecclesie Alexandrinæ antistite veteres litteris tradidere. Neque nostri demum instituti ratio id patitur, quin et ab ejusmodi munere pensoque absolvendo nos prohibet omnino, cum nostra tantummodo intersit, ea summatim attingere, quæ temporis notationem præcipue respiciunt. Anno itaque 385 Arcadio Augusto primum et Bautone coss., teste Socrate (a), sublato ex hac luce Timotheo de quo superius verba fecimus, mense Julio desinente, Theophilus sacerdotii administrationem suscepit. Eo instante atque adnitente funditus excisum celeberrimum Serapidis templum: quod contigisse anno 391 pluribus ostendit Pagius (b). Rem fuisse describunt præ cæteris Theodoritus (c), Socrates (d) et Sozomenus (e): neque de hujusmodi B facinore siluit Eunapius (f). Exinde vero profani cultus idolorum reliquias per Ægyptum delevit. A Anno circiter 392 synodus Capuana ob sedis Alexandrinæ præcipuam in Oriente auctoritatem ipsum delegit ad componendum dissidium inter Flavianum et Evagrium, Paulino demortuo in episcopatu Antiocheno suffectum: ejus tamen iudicium Flavianus admittere noluit. Qua de re sanctus Ambrosius ad eundem Theophilum scribens (g): *Non habet, inquit, quod urgeat Evagrius; habet quod metuat Flavianus, ideoque refugit examen. Dent fratres veniam dolori justo, quia propter ipsos universus orbis concutitur; et illi tamen nostro non compatiuntur dolori.* Plura item legas apud Socratem (h) et Sozomenum (i). Interfuit præterea concilio Constantinopolitano, desinente anno 394 coacto, ubi Agapii et Bagadii controversia de Bostrensi episcopatu agitata. Videsis Zonaram (j) et Balsamonem (k). Quatuor post annos Constantinopolim remeavit ad inaugurandum sanctum Joannem Chry-

(a) Socrat. *Hist. eccl.* lib. v, cap. 12.

(b) Pagi ad ann. 389, § 42 seq.

(c) Theodor. *Hist. eccl.* lib. v, cap. 22.

(d) Socrat. lib. v, cap. 16.

(e) Sozom. lib. vii, cap. 45.

(f) Eunap. *Vit. philos.* cap. 4, pag. 64, seq.

(g) Ambr. epist. 56, § 1, Opp. tom. II, pag. 1000.

(h) Socrat. *Hist. eccl.* lib. v, cap. 15.

(i) Sozom. lib. vii, cap. 45.

(j) Zonar. in Can., pag. 525.

(k) Balsam. in Can., pag. 761.